

/ Admodum R/de Pater, Discedit ex Urbe Dominus Michael Willius
Argentinensis, juvenis egregiae indolis, eruditus et pius, et mi-
hi familiaris. Eum ego per Reverentiam vestram commendatum cupio
Sereniss/o Archiduci Leopoldo, Episcopo Argentinensi, quamvis eum
5 opiner non multum egere mea commendatione, cum ipse idem Sere-
nissimus et humanissimus Princeps eundem Michaellem Willium veni-
entem ad Urbem commendaverit Ill/mo Card/li Burghesio. Interim
nos hic, praesertim ego senex imbellis, et alii mei similes ora-
mus Deum pro felici eventu bellorum quae istic geruntur pro fide
10 contra perfidiam, et pro piissimo et christianissimo Rege Ferdi-
nando contra rebelles et in mille sectas dissectos Subutraquis-
tas, aut verius nullistas. Vale mi Pater mei memor in sanctis pre-
cibus tuis. Romae die 22 junii 1619

(autogr.): Scrivere al P. Henrico Velloro della Comp/a.

15 Archiv.Vatic. Mss.Gesuiti 18 fol.88. Brouillon autogr.(à la sui-
te de la supplique de Michel Willius,^{n.} 4621)